

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nuclei evangelici pars festivalis

Trautmann, Samuel

Wittebergae, 1664

Oraculum sacrum XLI.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

Nescit planè vitam suam, qui Christum
ut verum Deum & verum hominem ignorat,
& ejusdem periculi res est Christum Jesum
vel Spiritum Deum, vel carnem nostri corpo-
ris nagare, *Hilarius lib. 9. de Trinit, T. 1. p. 155. B.*

Das Völklein irret sehr/ und will nicht
recht verstehen

Dasß ich sey Gottes Sohn: Drüm laß
es immer gehen.

Du Petre lehrest recht/ und zeugest
offenbahr /

Dasß ich sey Gottes Sohn. Dein
Zeugniß bleibet wahr.

Ex v. 17.

*Non hominis cerebro: non crebro nascitur usu,
Sed venit è celo notitia alma DEi.*

ORACULUM SACRUM XLI.

1. Cor. II. 14.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

ψυχὴς ἢ ἀνθρώπων ἢ δόξης τὰ τῷ
πνεύματι τῷ ἱεῶ. μωρία γὰρ αἰσῶν ἰσθῆ καὶ
ἰσθῆ γινώσκον ὅτι πνευματικῶς ἀνακρίβη.

Versio

Versio Vulgata.

Animalis autem homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei stultitia enim est illi, & non potest intelligere, quia spiritualiter dijudicatur.

VERSIO B. LUTHERI.

Der natürliche Mensch aber vernimmt nichts vom Geiste Gottes. Es ist ihm eine Thorheit/ und kan es nicht erkennen/ denn es muß geistlich gerichtet seyn.

NOTÆ.

I. Prima particula in hoc sacro oraculo est $\Psiυχικός$, $\Psiυχικός$ autem dicitur $\delta\epsilon\omicron\varsigma\ \tau\eta\varsigma\ \Psiυχ\eta\varsigma$, animalis ab anima. Ita Jac. III. 15. dicitur $\sigma\omicron\Phi\iota\alpha\ \Psiυχικ\eta$. Judæ v. 19. appellantur $\Psiυχικο\iota\ \pi\upsilon\sigma\upsilon\mu\alpha\ \kappa\alpha\iota\ \epsilon\chi\omicron\upsilon\tau\eta\varsigma$. Quod notandum contra Emserum existimantem, sicut appellantur Spiritus animales: Ita partem hominis, quæ ipsi communis est cum brutis, appellari animale, & ideo vult reddendum esse Der Thierische Mensch. Pari pasu ambulat $\alpha\ \pi\alpha\upsilon\delta\upsilon\sigma\iota\alpha$ Weigeli Jac. III 15. $\Psiυχικ\eta\ \sigma\omicron\Phi\iota\alpha$ reddentis Thierische Weisheit, quam versionem castigat B. Winckelman-

mannus T. S. Merpurg. p. 760. quæ est Appendicis Giesfensis disp. 18. th. 10. Et merito B. Lutherus Emserum, Fabrum, Cochleum afinos nominat, quia nemo horum intelligebat rationem interpretandi scripturam, quam tamen cavillabantur. Vid. Luth. in Apol. pro verf. N.T. T. 4. Witteberg. f. 455. & T. 5. Jenens. f. 140. & 141.

II. Apostolus heic simpliciter negat hominem esse *δευκνὸν* capacem rerum spiritualium. Non enim dicit *ἀναδέχεται, ἀποδέχεται, καταδέχεται, προσδέχεται*, sed *ἔδχεται τὰ τῷ πνεύματι* & τῷ ἁγίῳ. Hinc talis emergit collectio:

Ubi non est capacitas rerum spiritualium, ibi non est facultas aliqua innata gratiam oblatam amplectendi.

In homine *ψυχικῷ* seu animali non est capacitas rerum spiritualium.

E. in homine *ψυχικῷ* non est facultas aliqua innata gratiam oblatam amplectendi, contra Socinianos, Pelagianos, & Pelagianizantes Pontificios existimantes hominē, habere liquum arbitrium quod ex sese & propria facultate l. ante conversionē, vel in conversione, aliisq; motibus & actionibus spiritualibus gratie divine cooperari possit. Vide Concil. Trident. sess. 6. cap. 4. Compend. Theol.

Theol. lib. 2. cap. 5. Bellarm. lib. 5. de grat. & lib. arbitr. cap. 13. Smalcium contra Franzium p. 425. ubi ita disserit: *Planè statuumus non tantum initium conversionis, verum etiam ejusdem incrementum & perfectionem DEo tribucnda esse, sed ita tamen ut hominis voluntas ad ipsum conversionis effectum producendum prorsus requiratur. DEus & Spiritus ejus causa sunt efficiens principalis. At hominis voluntas causa est administra sine qua DEus nihil producit ordinariè.* Et p. 421. *Certum est, inquit, spiritum Sanctum nihil operari in eo, qui se aptum & obsequentem non prebet. Unde constat hominis voluntatem liberam, licet non sit causa conversionis prima, talem tamen causam esse sine qua ulla unquam futura sit conversio.*

III. Apostolus h. l. non solum expressè negat capacitatem activam, sed insuper addit, hominem naturalem res spirituales pro stultitia agnoscere. Hinc talis nascitur Syllogismus: *Quod hominis intellectus judicat esse stultitiam, illud non appetit voluntas. Sed hominis intellectus res spirituales judicat esse stultitiam.*

E. illas non appetit voluntas, *contra eosdem.*

IV. Pergit Apostolus & dicit hominem animalem res spirituales non posse intelligere.

Qu

ὅτι δύνάται γινώσκειν. Arabs: **יֵרָא וְיִבְחַר** **אֵל**
non potest noverit. Nam Arabes pro infinitivo verbo finito subjungendo adhibent elegantur futurum finiti verbi cum vel sine particula **יֵרָא** Hujus rei exempla vid. Joh. III. 5. i. Cor. III. 1. Job. XIX. 3 & ex his verbis ita colige:

Si homo post lapsum ex se non habet **δύναμιν** res spirituales intelligendi, **δύναμιν** quoq; non habebit eandem experendi.

At homo post lapsum ex se non habet **δύναμιν** res spirituales intelligendi.

E. nec **δύναμιν** habebit eandem experendi **contra eosdem**.

V. Verbum **γινώσκειν** h. l. non designat inventionem vel ex cogitationem, sed simplicem notitiam & intelligentiam rerum oblatarum *contra Smalcium, qui disput. post. contra Franzium verbum γινώσκειν per excogitare ex ponit.*

VI. Proporro è verbis **ὅτι δύνάται γινώσκειν** tale aequimus argumentum :

Quod ratio humana ex sese non potest cognoscere, intelligere, aut percipere, de eo etiam non potest neq; debet judicare. Sed ratio humana mysteria fidei & τὰ τῆς κρείματός **τῆς θεῆς** ex sese non potest cognoscere, intelligere aut percipere.

E. de illis etiam non potest neq; debet judicare & per C. rationi humanæ judicium de
myste

Myſteriis fidei non eſt committendum. Quid
 orandum

1. *Contra Socinianos* exiſtimantes ea, quæ in
 ſcripturis revelantur ſine interna ſpeciali illu-
 minatione Spiritus Sancti ſalutariter poſſe
 accipi. Vid. Oſtorod. Inſtit. c. 1. Catecheſ. Ra-
 ov. p. 224.

2. *Contra Remonſtranto-Reformatos*, qui ra-
 tioni humanæ iudicium de myſteriis fidei com-
 mittendum cenſent. Vid. Confefſ. Remonſtr.
 ap. 1. §. 16.

3. *Contra Calvinianos* maxime contra illos na-
 uculos, qui Chriſtum in myſteriis volunt ſer-
 uare, ut cum Athanaſio, vel ut cum Ambro-
 ſio loquar, qui gaudent eſſe Chriſti pædagogi,
 Ambroſ. lib. de Incarnat. Dni Sacram. c. 5. Ste-
 phollen Jeſum in die Schule führen. Hinc
 Claudius Sanctus ſcriptor Pontificius nume-
 rat octoginta Sacramentariorum opiniones,
 vix è rationis ductu, tanquam impuro fonte
 emanant. Vid. quæ notavi part. 2. in enucle-
 t. orac. IV.

4. *Contra Pontificios*, qui rationi humanæ in-
 debus fidei nimium tribuunt, dum non ſolum
 falſos fidei articulos ex rationis principiis pro-
 nuntiant, ſed etiam veros fidei articulos in ſcriptu-
 ra

ra fundatos repudiant, propterea quod rationi adversentur. Quibus tamen Salmero hac in parte contradicit, dum Disput. 4. in Epist. Petri p. 137. sic scribit: *Est hoc vix capere possit intellectus* (nim. quod Deus habuit & habet annos præteritos omnes & futuros actu simul & re ipsa, & proinde unus dies apud ipsum sit per inde atq; mille anni) *standum tamen magis est dicto DEi quam nostro intellectu, qui divinarum rerum capax non est, sed tamen quum æternitatis fuerimus participes hanc capiemus veritatem, sicut & alias multas, uti de Trinitate, incarnatione quæ omnem prorsus superant facultatem intellectus creati, etiam Angelici.* Hactenus rectè Sapientissimus ille & eruditissimus & admirabilis Theologus Salmero, ut passim à Pontificiis laudatur.

VI. Deniq; in hoc sacro oraculo enucleanda veniunt hæc verba: *ὅτι πνευματικὸς ἀναγκάζει* & quibus ita concludimus:

Qui non potest dijudicare spiritualia, ille percipere nequit mysteria fidei in Evangelio proposita.

At homo animalis spiritualia (quia carnalis est & carnalia sapit) dijudicare nequit.

E. homo animalis non potest percipere mysteria

myfteria fidei in Evangelio propofita contra
adverfarios modò nominatos.

Et tantùm de hoc facro oraculo, quòd non
folùm F. C. p. 579. 656. 657. 658. adlegat & ma-
gnum robur eidem inefse monftrat contra
hofteſ gratiæ, fed & de Jodo. 26. 17. Chemni-
tius parti LL. p. 1906. L. A. cap. 5. autor ſua-
forq; eſt, ut quia teſtimonium hoc eſt præcipu-
um, præ cæteriſ diligenter conſideretur. Inte-
rea audiamus

PLÆ ANTIQVITATIS JUDICIUM

*De rationis humane judicio in re-
bus ſpiritualibus.*

Nèq; qui ita adfecti ſunt humanâ poſſunt
perſvaderi ſapientia, quia ſi perſvadere volu-
eris contra efficietis. Quæ enim humanam ex-
cedunt rationem fide duntaxat indigent. Atq; ſi
rationibus uti velimus ad perſvadendum
quo pacto homo factus eſt Deus, & alvum vir-
gvinis ſubiit, nèq; ſide hoc confirmaverim, ma-
gis nos illi irrideret. Nonne qui rationibus
omnia inquirunt, hi perdit ſunt. Magnæ enim
res nulla ratione poſſunt manifeſtari. Con-
ſidera autem ſi dixerò: Crucifixus eſt. Gen-
tilis inquit: Eequanam ratione hoc eſſe po-
teſt? Sibi opitulatus non eſt quum & crucifixus
eſet,

A a

eſet,

eset, & tentatus in tempore crucis, & qvomodo postmodum resurrexit, & aliis præstitit auxilliū. Hoc & Judæi dicebant: qvi se non juvit, qvomodo alios juverit? Absurdum profectò est, inqvis; Non immeritò. Etenim non homo supra rationem est, inenarrabilis virtutis crux ut in crucifixum & sepultum credatur, neq; dubitatio ulla relinqvatur, qvoniā resurrexit & supernè sedet, neq; sapientiā opus est neq; rationibus, sed fide, qvā muniti Apostoli nullā sapientia ad DEum se contulerunt, & facti sunt sapientibus sapientiores atq; præstantiores, eò magis qvo majus est res divinas fide accipere, qvām eorum rationes perscrutari, id enim humanam excedit naturam, *Ita pulchrè Chysoyostomus hom. IV. in I. ad Corinth.*

Magnum est periculum res fidei humanis committere rationibus, *Idem in Genes.*

Nihil commune habet humana ratio cum divinis collata, ideoq; blasphemia est rationibus velle divina discutere, *Idem hom. IV. in 1. Tim. II.*

Qvid magis contra fidem, qvām credere nolle qvicqvīd non possis ratione attingere? Laudatur Maria qvōd rationem fide prævenit, & punitur Zacharias qvōd fidem ratione tentavit, *Bernhardus Epist. 90. de Petro Abailardo.*

Stul-

Stultissimum omninò est examini subji-
cere, quæ intelligere impossibile est, *Cyrellus de
vera fide ad Theodos.*

In mysteriis simpliciter credendum est,
quia ideo sunt mysteria, *Idem lib. IV. Theaur.
c. XIII.*

Si rationem tuam sequeris rarò aut tardè
illuminaberis, *Gerson.*

Refer huc, si placet, dicta Patrum, quæ
notavi part. I. in enucleatione oraculi, 2. Cor. X
5. & 6.

**O Petre! Fleisch und Blat kan dir nicht
offenbahren /
Daf ich sey Gottes Sohn/ man kans
auch nicht erfahren/
Noch fassen mit Vernunft. Allein
des Vaters Geist
Mein Ampe und mein Verdienst mit
vollem Munde preißt.**

Ex Luc. I. 45.

*Crede DEi verbo, ceu virgo credidit alma.
Namq; DEi verbo fucus inesse negvit.*

Aa 2

ORA.